

G V I L I E L M I
O N C I A C I
Q V A E S T I O N V M
A C A D E M I C A R V M
L I B R I I I.


In quibus præter exquisitam propositarum legum vim mentemque, noua, subtili & eleganti consideratione permulta Catherini Pobelli, Senatus Sabaudiaë olim Præsidis, responsa extemporanea, singularia illa quidem, eiusdemque Senatus arresta breuiter, perspicuè tamen, nec pœnitenda lectione continentur.

Secunda editio nunc demum ab authore recognita & aucta, additòque Indice locupletissimo sub finem libri secundi.

M O R I, E T
D V R A R E. NON PERIRE.

L V G D V N I,
A P V D C A R O L V M P E S N O T.
M. D. L X X X I.

Coll. Soc. v. 1. 15 v. 5. 1. m. ex donec Regnum.



D.

RENATO LYOBARDO

CASTELARIO, IN SENATU


SABAVDIAE PRÆSIDI,

GVILIELMVS ONCIAVS



QATHERINVS Pobellus, qui
 tibi (Præses amplissime) coniun-
 ctissimus, & amatissimus vixit
 à te familiari colloquio aliquando
 præmonitus, ut talentum illi exi-
 mium à summo Deo creditum scriptis tractaret,
 atque doceret, posterorum causa respondit, nihil se
 tibi quod scriberet inauditum, diciq; nihil posse, quod
 dictum non esset prius. Multa disertè tu quidem,
 longaq; disputatione, ut sententia decederet, in-
 struendog; operi addiceretur perorabas: at frustra
 satis enim immoto tandem constituto cessit. Fateor,
 nec tamen hominum cecidisse animis. Quid enim
 summus ille vir principi charissimus, de republica
 bene meritus, senatus amplissimi primarius præses
 meritisimus, liberorum clarissima propagine felici-
 cissimus, iudicio, & memoria mirabilis, de hominũ

LIBRARY



G V I L L I E L M I

O N C I A C I

Q V Æ S T I O N V M

A C A D E M I C A R V M

Liber primus.



S V M M A R I V M.

- 1. *Possessionis acquirendæ & amittendæ ratio.*
- 2. *Quid hæc diuersa sit à dominio.*
- 3. *Quis sit intellectus §. differential. si quis vi ff. de acquir. posses.*

Q V Æ S T I O I.



PAULVS in l. 3. §. in amit
tenda. ff. de acquir. posses.
scribit, In amittenda pos
fessione affectionem eius
qui possidet intuendam
esse, vt si in fundo sis, & ta
men nolis eum possidere,
protinus amittas possessionem: eoque amitti
animo solo, quamuis acquiri non possit. Que
rebat Paludanus, quid ita? at enim cōtrà non
aliter amitti videbatur, quàm si quemadmo
dum